RELIGIÖSE SAMMELHANDSCHRIFT

Salzburg, 1457



Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



qns eam deus in via verit dignetur
illustrare / Nono notet q peccatum
quodlibet tanto peius et deterius est
quanto pluribus intulit nocumentum
Propterea siquis fuit alterius ruine ca
et occasio ut monetes presertim
iuvenes et puellas suo consilio hor
tatu / vel alio quovis modo sollici
tando ad peccatum agat / agat huius
modi strictam penitenciam et procuret de
ceptorum a se correctionem et emenda
tionem / totis viribus / et per se et a
lios eas ad viam virtutis et sanam
doctrinam reducendo In hoc enim con
sistit precipua principalis sue satisfac
tionis et penitencie Decimo quod si quis
post confessionem sue examinationem dili
gentem ipse peccator quorundam
etiam mortalium a se commissorum non
reminiscatur tunc per generalem confessionem
confessionem de ipsis absque speciali als
salvabitur / si tamen ea post oblita
postea ad memoriam redierint / ea
specialiter certo tempore et loco confiteri
tenetur / Causa in re periculosum est
commissorum a se delictorum mortalium
per negligenciam atque desidiam immemorem
fieri /

Sequitur forma absolucionis

Forma absolutionis sufficiens et
requisita pro peccatis pro quibus confes
sor intendit et potest absolvere
confitentem / Ego absolvo te a
peccatis tuis In nomine patris et filii
et spiritus sancti Amen / Et si con
fessio fuit de excommunicatione tunc mo
dificatur sic Ego absolvo te ab ex
communicatione tua In nomine patris et
filii et spiritus sancti Amen Et si tamen hoc
fiat absolutio a peccato propter quod
lata est excommunicatio vel de aliis addatur
forma prior / additiones quedam
alie conditionales quod involute tutius
dimittuntur / Hec Magister Johannes
Gerson Cancellarius parisiensis
doctor sacre theologie egregius

## De duodecim gradibus superbie

Nota quod subscripti duodecim
gradus superbie sunt in
telligendi per similitudinem
descensus et non ascen
sus Cum enim homo deficit a
virtute humilitatis incontinenter tunc pri
mus gradus superbie in quem nato
cadit vocatur curiositas / et si non
statim reverterit per confessionem et penitenciam
tunc cadit in 2m gradum qui vocatur
levitas mentis 2us Ex hoc in
cipit utpote reus metuere iehen
nam quam non metuebat prius humilis
innocentia prohibebat / et tum pro
venit ad ultimum gradum quod
consuetudine peccandi tunc ipsius
pro malo usu non se ratione
gubernans non timoris freno
retentans intrepidus festinat
ad mortem / Et sicut in homine bono
caritas sic in homine peccatore consu
mata iniquitas foris mittit
timorem / Item bono vitas / malo
vero veritas dat servitutem Det
nobis superbiam declinare et per
fectam humilitatem a Christo discere
qui se huius humilitatis singularem
magistrum exhibuit dicens / discite